



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 17. Joannes Baptista Ghislerius Cardinalis mortuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

ta laboris quiete frui vellet, in quodam loco, quem sancti Maturini oppidum vocant, unius diei itinere a Parisiensi urbe diffito apoplexia tangebatur, atque anno Salvatoris nostri millesimo quingen-  
tesimo quinquagesimo nono die vigesima sexta Maji vivis eripiebatur.

Sæc. XVI.  
A.C. 1559.

§. XVII.

*Joannes Baptista Ghislerius Cardina-  
nalis mortuus.*

**E**x Cardinalibus hoc anno deceden- *Ciae. p. 864.*  
tibus quartus, primus vero ex illis, *Caraccioli in*  
qui sede vacante obierunt, erat Joan- *vita Pauli*  
nes Baptista de Consiliariis, seu *Ghisi-* *Consigl.*  
*leriis*, Patria Romanus, origine Bononiensis, ortumque duxit ex nobili Ghisleriorum familia, quorum majores virtute, & nobilitate vigentes, cum anno salutis millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto inter cives seditio oriretur, e patria expulsi fuerunt, & non nulli Boschum agri Alexandrini oppidum se contulerunt, ubi Frater Michael Ghislerius ortus est, qui postea in Pa- *Aubery hist.*  
pam electus Pius V. nominabatur: al- *des Caudin.*  
tera autem hujus familiæ stirps Romam secedebat, ac Ghislerii, seu Consiliarii nomen adoptabat, unde Joannes Baptista, de quo nunc agimus, pariter Ghislerius nuncupabatur. Hic ex Patre Bal-  
*Hist. Eccles. Tom. XLIII.* T tha-

Sæcul. XVI. thasare, & Maria Anna de Statis natus,  
A.C. 1559. cum juvenis adhuc esset, uxorem du-

xerat, qua tamen orbatus clericali militiæ nomen dabat, isque ipse fratrem habuit nomine Paulum, qui fuit ex illis tribus, qui insignem Clericorum Regularium Theatinorum Ordinem insti-  
tuebant: porro cum Paulus IV. qui iti-  
dem hujus novæ Congregationis Author  
exstiterat, Joannis familiaritate uti, eum-  
que sibi arctius obstringere desideraret,  
primo eundem intimo præfecit cubiculo,  
eumque Canonicum ad D. Petrum no-  
minavit: paulo post vero cum idem Pon-  
tifex aliquando se purpuram Paulo con-  
cessurum significasset, hic utpote vir op-  
pido humilis, atque a terreno fastu plu-  
rimum alienus reposuit: *Ne me beatissima  
Pater, quæso te etiam, atque etiam, ad omnes  
supra vires, atque ad honorem longe supra  
meritum attollas, in hac præsertim jam de-  
vixa ætate, & quietis amante: scis ne,  
quicquid sim hominis, tuum semper fuisse,  
& fore: si tibi est cordi, pro tua eximia  
liberalitate, atque humanitate e nostra surpe-  
aliquem exornare purpura, habes alterum  
me, quem exornes Joannem Baptistam vi-  
delicet fratrem meum, qui me probitate, &  
eruditione longo intervallo superat, inque re-  
bus gerendis insigni solertia, & quod caput  
est, in te, atque in sacrosanctam Romanam Ec-  
clesiam constanti fide nulli mortalium concedit.*

Itaque

Itaque summus Pontifex Pauli ratio- *Sæcnl. XVI.*  
nibus aquiescens Joannem Baptistam *A.C. 1559.*  
mense Martio Anno post Christum na-  
tum millesimo quingentesimo quinqua-  
gesimo septimo Cardinalem nominabat,  
quamvis ipse hac dignitate haud pluri-  
bus, quam annis duobus frueretur,  
cum septima post Pauli IV. obitum die  
scilicet vigesima quinta mensis Augusti  
mortalitatem exueret, postquam admo-  
dum præclara Ecclesiæ obsequia in va-  
riis negotiis præstitisset. Sepultus est in  
sua S. Nicolai in carcere Diaconia.

### §. XVIII.

#### *Obitus Cardinalis Hieronymi de Capiteferreo.*

Vacante sede Apostolica numero quin- *Cat. p. 705.*  
tus obiit Hieronymus de Capitefer-  
reo Patria Romanus, qui die vigesima  
secunda Junii Anno Incarnationis Domi-  
nicæ millesimo quingentesimo secundo  
vel quarto primam lucem aspexit, at-  
que ab ipsis ætatis suæ primoriis a Pa-  
tre suo committebatur Alexandro Far-  
nesio Cardinali: is vero, cum juvenem  
ingenii acie, ac rerum gerendarum dex-  
teritate insignem deprehenderet, ad  
varia Romanæ Curiæ negotia illius o-  
pera utebatur, eundemque Clementi  
VII. summo Pontifici commendabat, a

T 2 quo